



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ioan. Petri Maffei, Bergomatis, E Societate Iesv,
Historiarvm Indicarvm Libri XVI.**

Maffei, Giovanni Pietro

Antverpiae, 1605

Malaca.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11473

nibus vno eodemque letho occumbendum. Quia denuntiatione repressus Regis furor cum aliquantulum resedisset, eum biduo post Lusitani quoque adeunt, docent quā graui scelerate se obligauerit: terrores insuper addunt, non Deū modō indignam innocentissimi viri necem debitam pœnis, sed etiam homines ipsos nobilissimi, bello atque armis vlturos.

Ad ea Rex diligenter excusare sese, culpam in suasores impulsoresque rejicere, magnum perpetrati facinoris dolorē mississe ostendere, denique ut factis verba consentiant, è quatuor *dis paenitentia* consiliariis duos confestim interficunt: nam reliqui duo, quo-

Regē cōficiuntur.
sum alter fuit princeps nefarii consilii Minguames, rem o-
dorati, maturè diffugerant; qui tamen, quod summa diligē-
tia conquirebantur, nequaquam euasuri potentissimi Re-
gis manus existimabantur. Hisce rebus perlatis in Indiam,
Antonius Quadrius ei prouinciae pro Societate præpositus,
id ipsum vehementer optante Prorege, idoneam nauigandi
tempestatem exspectabat, ut Socios aliquot Manomotapā
mitteret ad cœpta promouenda, quæ felicem omnino pro-
gressum habitura sperabant, eius Ecclesiæ fundamentis tan-
innocenti castoque sanguine positis.

MALACA.

IN urbe Malaca, (quæ in Orientem distat ab Goa mensū ferme quatuor nauigatione) inter Mauros ethnicoque posita, (auream Chersonesum antiquis aiunt fuisse) Societatis item Collegium Regis Lusitaniae sumptibus alitur, isdem & iuuentutis instituendæ, & promulgandi Euangelii muneribus occupatum. Baptizatus est præter cæteros nuper barbarus quidam insignis vir nomine Bandara, iuri ethnici dicendo præpositus. is multos è suis ipsumque filium vna secum ad baptismum adduxit, qui Christiana rudimen-
Bandara
*vir insi-
gnis ba-
ptizatus*
Iudeus
quidam
eruditus
*conuer-
tur.*
ta sanè breui ac feliciter didicit. Conuersus est etiam su-
erioribus annis Iudeus quidam, qui ab ipsa urbe Roma eò
vique contenderat, in primis eruditus, multis concertatio-
nibus de religione cum Sociis habitis.

MALVCI REGIO.

IN Malucensi regione complures insulæ numerantur: quarum quæ Ternates vocatur, habet ipsa quoque Col-
legium frequens, ex quo in omnes illas prouincias ope-
rarii dimittuntur: quorum industria quā plurimi ad Chri-
stum accessere. In iis Bazani insulæ Regulus, Regis Malu-
ci gener, anno 1558 Mauricis sacris desertis Christiana sul-
Ternates
Insula.
Regulus
Bazani
cum suis
Christo
credidit.